Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35046
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

bn cupis. C gtā caue neg-
nius erres et dampnabilius
pecces. Si te plenius noscens
non feceris qui te genuit.
Si non amplius obedieris
creatori, ut decet te. Si non
alacrius gratias egeris ei qui
fecit te. Et iterum quia non fuit
inutile plura de bestiis con-
siderare apparet, quia non
possumus plene nos cog-
noscere, nisi prius quid sit om-
nium animantium cognoverimus.
Hec partim Ambrosius. Et sur-
sus idem ondit quia iam ex ha-
bitis novisti naturas et
conditiones bestiarum et iumentorum
mores, et novisti mensuram
et gradum perfectionis ipsorum. Igitur
ex hoc scire potes in quibus
convenies cum brutis anima-
libus, et in quibus cuncta supe-
res, et excellas animantia
bruta. Similiter scire potes ex
hiis que de brutis audivisti
quomodo faciendo et qualiter te ha-
bendo compareris iumen-
tis et similis fias illis. Si enim
solum presentia consideres. Si so-
li huic animali vite provide-
as, si vitam aliam non exper-
tes. Si vivendo ratione non
utaris. Si sensibilibus servia-
ris. Si bestiarum mores et vi-
tia imiteris, certe aliud quam
bestia es, et peior longe

quam bestia, taliter tua nobilitate
abiecta in bestiam transforma-
tus. Attende igitur iam tibi
inquit Ambrosius. O homo, atten-
de quia aliud et quid excellentius
sumus nos quam illa. Aliud
sunt mea, et aliud quod circa nos.
Sunt nos quidem corpus et anima, sol-
summus mea, sunt corporis membra
et sensus eius, circa nos pecu-
nia est, servi sunt et vite huius
apparatus. Tibi igitur inquit modo
attende, et teipsum scito, et ag-
noscere iam de interius qualia
membra habeas, quales corporis
effigiem, quales fortitudines,
quales pulchritudines, quales vires,
et quales tibi contra illas competat
operationes. Et super omnia iam de
interius cognoscere debes, quales
anima ac mente a creatore
tuo acceperis, ex quo omnia consi-
lia consistunt ad quam operum
tuorum fructus refert. Ita hec
precipue curam gerit, quomodo sit
et plena sapientie, plena
pietatis atque iustitie, ut
non compareris iumentis in-
sipientibus et similis illis fias.
Ad designandum cursius
singularem excellentiam et
nobilitatem hominis pre aliis
creaturis, aut deus faciens
hominem non in factione ali-
arum creaturarum non pro-
tulit verbum consilii. Aut cum prius

346